

adaret. Circumscriptio. M. SANQVINVS MVIN.  
Nummum eum argenteum uidi ego apud...

In una parte.

21. Currius quatuor equorum ad leuam trahentium, Augusto defuncto consecratus, cum fastigio triangulo, in quo totidem equi exigui magis conpiciuntur, ad caelum sebuolantes. infra. CAESARI AVG.

In altera.

Tunica palmata, togaq̄ picta seu trabea, sceptrum Romanum, & laurea, magistratum, ac honorum insigniorum premia ornamentaq̄, quae Augustus omnia obtinuit. supra. S. P. Q. R. PAREN. infra. CONS. SVO. Nummum eum argenteum bellum habet inter Centurias suas Romae Antonius Romanus Antiquarius.

In una parte.

22. Augustus uidetur dextro ore, incoronatus, cum nominis adscriptione. IMP. CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Mars Victor conuersus stat nudus, strophio tantum per thoracem circumdato, in brachium dextrum reiecto, dextra Aquilam tenens, leuaq̄ gerens aliud signum Romanum, ad leuam deflexo uultu. Ainc inde supina leguntur litere. SIGNIS NECEPTIS. Alio in nummo hae supra, infraq̄